



NUMMUS MONITORIUS
 CVM HONORARIO, CONFOE-
 deratorum Belgij Ordinum: cusi ante classem Hi-
 spanicam in Anglia deletam: Anno
 Christi 1588.



UM Regina Angliæ, præter arces & oppida, quæ ex prima cum Holandis conventionione acceperat, nonnulla loca alia præfidiis munienda curaret, non id ferendum putarunt Ambstelrodamum, Leyda, Delphrum, & civitates his vicinæ: metuentes, ne quod Antuerpiæ Alentzonius, idem Angli apud se molirentur. Mauritius insuper graviter conquerebatur, sibi & domui Nassovicæ maximum in proventibus urbium patrimonialium damnum dari: seque inhumaniter admodum ac iniquè apud Reginam delatum esse, quasi præsidium Anglicum Ulissingâ expellere conatus fuerit: petens pro his injuriis honestâ ratione sibi satisfieri, & quicquid detrimenti cœpisset, farciri. Anglam, ne ab Ordinum & Mauricij postulatis voluntatem suam abjungeret, hac quidem periculum movebat, quod sibi à classe Hispanica, propediem anchoras soluturâ, immineret: illac consilium prudens nummi caractere datum, quem cæ tempestate Holandi percusserant. *Frangimur, clamant olle fluctibus marinis agitata, si collidimur. Frangimur & nos, ô Regina, cla-*
mant